

Niederösterreich (Sonstiges)

NIOE 1 (2, 24)

1197 Dezember 9, Wien

Herzog Leopold [VI.] von Steier [und Österreich] bestätigt dem Kloster Heiligenkreuz die Schenkungen seines Vaters [Leopold V.], insbesondere die Abgabenfreiheit im Herzogtum Steier.

Hss.: Original in Heiligenkreuz, StiA, Urkundenbestand, 1197 Dezember 9, Wien (A).

Abb.: http://monasterium.net/mom/AT-StiAH/HeiligenkreuzOCist/1197_XII_09/charter (samt Hängesiegel).

Edd.: Weis, UB Heiligenkreuz I (FRA 2/11, 1856), S. 30 Nr. 23 (aus A). — Zahn, StUB II (1879), S. 52–53 Nr. 24 (aus A). — Fichtenau/Zöllner, BUB I (1950), S. 135–136 Nr. 101 (aus A). — Zehetmayer/Lessacher/Marian, NÖUB IV (2023), S. 278–279 Nr. 11¹⁴ (aus A).

Reg.: Meiller, Reg. Babenberger (1850), S. 81 Nr. 3. — Tangl, Grafen von Pfannberg I (AKÖGQ 17, 1857), S. 239. — Wendlinsky, Nachträge (BlVLkNÖ NF 13, 1879), S. 338 Nr. 164. — Kos, Gradivo IV (1915), S. 457 Nr. 900. — Pirchegger in StUB Erg. (1949), S. 63 Nr. 24. — Rucker, Stadecker 2 (1979), S. 3 Nr. R 6. — Lohrmann/Opll, Regesten (1981), S. 79 Nr. 256.

Lit.: Krones, Verfassung (1897), S. 120. — Anthony von Siegenfeld, Landeswappen d. Steiermark (1900), S. 40 Nr. 3 (über das Siegel). — Mitis, Studien (1912), S. 386–387, 390–393. — Posch, Siedlungsgesch. Oststeiermark (1941), S. 471. — Wonisch, Graslupptal (1956), S. 119. — Ebner, Burgen und Schlösser 3 (1981), S. 161. — Posch, Mittleres Feistritztal (BlHk 46, 1972), S. 10. — Mlinarič, Kartuziji Žiče in Jurklošter (1991), S. 101. — Hörger, Gottesgnadensalz (JbLkNÖ NF 57/58, 1991/92), S. 72–73. — Kaspar, Maut- und Zollbefreiungen (BlHk 97 H. 1/2, 2023), S. 55–56.

Laut Fichtenau/Zöllner, BUB I, S. 135, Diktat unter dem Einfluss des herzoglichen Notars Ulrich; vlg. auch Mitis, Studien, S. 386–387. Zu Magister Ulrich siehe Fichtenau, Kanzlei, S. 229–235.

Schlecht erhaltenes Hängesiegel Herzog Leopolds (Fichtenau/Zöllner: Typus 24) an Pergamentstreifen. Siehe monasterium.

Ediert nach A.

‡ In nomine sancte et individue trinitatis. Liupoldus dei gratia dux Stirie omnibus Christi fidelibus imperpetuum ‡. Quoniam decens est et probabile paternam et avitam benignitatem nos in omnibus sectari, ideo universitatem Christi fidelium nosse volumus, ecclesiam sanctę Crucis, cui patrocinium hereditario iure debemus, nos per omnia fovere et amplecti. Quocirca quecumque donatione pię recordationis patris nostri eidem loco sunt tradita vel concessa, in quibus et nominatim exprimere nunc debitum vectigalium nostrorum in finibus Stirensis ducatus decrevimus, fratribus memorati cenobii libere concedimus, grandia pro parvis et celestia pro terrenis nos sperantes adepturos. Et ut hec rata sit nostre liberalitatis concessio, sigilli nostri in pressione cartam

hanc iussimus insigniri. Testantur factum Vvlricus de Peca, Erchengerus de Landeser, Rudolfus de Stadech, Vvigandus de Chlam, Hermannus de Puten, Dietricvs de Hohenstöph et Ortolfus fratuelis eius, Gotsalcus de Froberch, Perhtoldus de Embreberch.

Actum^{a)} est anno incarnationis domini M° C XC VII, V id. dec., in civitate Winne^{b)}.

^{a)} Datierungszeile auf der Innenseite der Plica A. – ^{b)} Folgt Schlusszeichen A.

NIOE 2

1227 Juli 21, Wildon

Agnes, Tochter Ottos von (Unter-)Drauburg, Frau Leutolds von Wildon, verzichtet auf ihre Ansprüche auf das Gut Watzelsdorf, das ihr Vater dem Kloster Heiligenkreuz am 11. Dezember 1222 zu Wien für 244 Mark reinen Silbers verkauft hat.

Hss.: Erwähnt in Urkunde Nr. NIOE 3.

Edd.: Jaksch, MDC IV/1 (1906), S. 163 Nr. 1930 (Druck der erwähnenden Stelle).

Reg.: Ankershofen, Urkundenreg. Kärnten (AKÖGQ 27, 1861), S. 173 Nr. 833. — Kos, Gradivo V (1928), S. 229 Nr. 460.

Lit.: Gsell, Gültensbuch Heiligenkreuz (1866), S. 84–85 Anm. 1. — Kummer, Ministerialengeschlecht Wildonie (AfÖG 59, 1880), S. 225. — Kogler, Wildonier und Stainz (ZHVSt 9, 1911), S. 128–129. — Kupfer, Weinviertel (2017), S. 418–419.

Das Stück wurde als eigene Nummer aufgenommen, da aufgrund der exakten Tagesangabe (die bei den anderen parallel hierzu ausgesprochenen Verzichtleistungen nicht vorhanden ist) im besonderen Maß an die Möglichkeit einer urkundlichen Ausfertigung zu denken ist.

Zur Identifizierung von Wæcelinstorf als Watzelsdorf siehe Prinz, Zellerndorf (1993), S. 958; Zehetmayer, Zellerndorf (2000), S. 43 (Anm. 174); Kupfer, Weinviertel, S. 419.

NIOE 3

[1227 nach Juli 21]

Herzog Leopold [VI.] von Österreich und Steier bestätigt, dass Otto von (Unter-)Drauburg dem Kloster Heiligenkreuz am 11. Dezember 1222 zu Wien in Gegenwart seines Sohnes Heinrich durch die Hand des Herzogs das Gut Watzelsdorf für 244 Mark reinen Silbers verkauft hat. Des Weiteren bestätigt er, dass im selben Jahr zu Drauburg Ottos Tochter Mechthild zusammen mit ihrem Mann Cholo und ihren Söhnen, Ottos Tochter Aleide zusammen mit ihrem Mann Otto von Pitten und Ottos unverheiratete Tochter Elisabeth auf ihre Ansprüche verzichtet haben, sowie schließlich am 21. Juli 1227 zu Wildon auch noch Ottos vierte Tochter, Agnes, Frau Leutolds von Wildon.

Hss.: Original in Heiligenkreuz, StiA, Urkundenbestand, 1227 nach Juli 21, Wildon (die beiden Datumangaben 1222 und 1227 auf der Rückseite des Originals beziehen sich auf in der Urkunde erwähnte frühere Handlungen) (A).

Abb.: <https://www.monasterium.net/mom/AT-StiAH/HeiligenkreuzOCist/1227.1/charter> (samt Hängesiegel).

Edd.: Weis, UB Heiligenkreuz I (FRA 2/11, 1856), S. 66–67 Nr. 55 (aus A). — Fichtenau/Zöllner, BUB II (1955), S. 95–96 Nr. 265 (aus A).

Reg.: Ankershofen, Urkundenreg. Kärnten (AKÖGQ 27, 1861), S. 173 Nr. 833. — Friess, Herren von Kuenring (1874), S. XXIII Nr. 200. — Gsell, Gültensbuch Heiligenkreuz (1866), S. 84–85 Anm. 1. — Kummer, Ministerialengeschlecht Wildonie (AfÖG 59, 1880), S. 225. — Kogler, Wildonier und Stainz (ZHVSt 9, 1911), S. 128–129. — Zauner, Siedlungs- und Herrschaftsgeschichte (1987), S. 464.

Lit.: Prinz, Zellerndorf (1993), S. 958. — Zehetmayer, Zellerndorf (2000), S. 43 (Anm. 174). — Kupfer, Weinviertel (2017), S. 418–419.

Laut Fichtenau/Zöllner, BUB II, S. 95, Diktat des herzoglichen Notars Heinrich. Zu Magister Heinrich siehe Fichtenau, Kanzlei (1977), S. 235–238.

Der zeitliche Ansatz ergibt sich aus der in Urkunde Nr. NIOE 2 dokumentierten Handlung und der Tatsache, dass Notar Heinrich bis zum November 1227 als Verfasser von Herzogsurkunden nachweisbar ist, siehe Fichtenau, Kanzlei, S. 237; Fichtenau/Zöllner, BUB II, S. 96–97 Nr. 266.

Zur Identifizierung von Wæcelinstorf als Watzelsdorf siehe die Anmerkungen zu Urkunde Nr. NIOE 2.

Die Stelle in der vorliegenden Urkunde, in der die Urkunde von 1222 Dezember 11 erwähnt wird, ist eigens ediert in Jaksch, MDC IV/1 (1906), S. 129–130 Nr. 1847, und Mitis/Dienst/Lackner, BUB IV/2 (1997), S. 117–118 Nr. 1072; Regest in Kos, Gradivo V (1928), S. 189–190 Nr. 365.

Fragment des Hängesiegels Herzog Leopolds (Fichtenau/Zöllner: Typus 32) an, laut Fichtenau/Zöllner, BUB II, S. 95, grün-gelb-rosa Seidenfäden. Siehe monasterium.

Ediert nach A.

In nomine sancte et individue trinitatis, amen. Ego Livpoldus dei gracia dux Austrie et Stirie omnibus in perpetuum salutem. Ne labente tempore res acta ab hominum labili demum elabatur memoria, cautum est et consultum, ut ea, que ab hominibus geruntur, scripture tamquam fideli custodie mancipentur. Notum igitur facimus tam presentibus quam futuris, quod Otto de Traberg preedium, quod habebat in Wæcelinstorf, cum omnibus pertinentiis suis presente filio eius Heinrico et omni iuri, quod in eodem predio habuit, abrenuntiante in nostra presentia et per manum nostram vendidit abbatи sancte Crucis et eiusdem loci fratribus pro ducentis et XLIII^{or} marcis puri argenti. Hec autem vendicio facta fuit anno domini M° CC° XXII°, tertio ydus decembris, Wienne in domo Dietrici coram testibus, quorum nomina sunt hec: Heinricus filius noster, Hadmarus et Heinricus fratres de Chvnring(e), Irenfridus, Vlricus, Conradus fratres de Imperge, Hadmarus de Sunneberg(e), Livpoldus pincerna de Molanstorf, Heinricus spismeister et alii quam plures. Eodem vero anno in manu tunc temporis subprioris sancte Crucis Eglolfi, quem prefatus abbas et conventus ad hoc destinaverant, omni iuri suo, quod in eodem habuerunt predio, abrenuntiaverunt tres filie predicti Ottonis, Mahtildis scilicet cum marito suo Cholone et filiis suis Cholone et^{a)}, Aleidis cum marito suo Offone de Putten et Elizabeth tunc temporis virgo existens. Facta est autem

renunciacio ista Trabêrg coram his testibus: Hermanno sacerdote, Leonhardo sacerdote, Heinrico filio Cholonis de Râse, Beringero milite, Vlrico dapifero et aliis multis. Procedente vero tempore anno scilicet dominice incarnationis M° CC° XX° VII°, XII° kal. augusti, sicut et ceteri fratres scilicet et sorores sue, eidem iuri abrenuntiavit et quarta filia sua Angnes^{b)}, quam habuit Livtoldus de Wildonia, que etiam renunciacio¹⁾ facta est in Wildonia coram testibus hic notatis Hadmaro de Chunringe, Reimberto iuniori de Mvrech, Friderico de Scônevelde, Hadmaro de Schoneberge et aliis quam pluribus. Ne autem in posterum huius contractus aliqua possit suboriri dubietas, maxime cum in qualibet specie alienacionis scriptura desideretur, presentem paginam ad petitionem utriusque partis sigilli nostri munimine duximus roborandam.

^{a)} Danach Spatium für den zweiten Namen (etwa 9 Buchstaben) A. – ^{b)} A.

¹⁾ Zu diesem Deperditum siehe Nr. NIOE 2.

NIOE 4

(1230) Februar 1, Perugia

Papst Gregor [IX.] beauftragt den Bischof [Karl I.] von Seckau, den Abt [Ludwig] von Rein und den Prior [Nikolaus] von Rein auf Bitten des Abtes [Walter] und des Konvents von Melk, geistliche und weltliche Schädiger des Klosters in der Salzburger Kirchenprovinz gegebenenfalls mit Kirchenstrafen zu zwingen, Entfremdetes zurückzustellen, für Unrecht Genugtuung zu leisten oder sich einem Schiedsgericht zu unterwerfen.

Hss.: Original in Melk, StiAM, Urkunde 1230 II 01 (A). — Abschrift 14. Jh. in Melk, StiAM, 1. Archiv, K. 1, Kopialbuch A, fol. 5v (B). — Abschrift 15. Jh. in Melk, StiAM, 1. Archiv, K. 1, Kopialbuch B, fol. 3r Nr. 9 (C).

Abb.: http://monasterium.net/mom/AT-StiAM/MelkOSB/1230_II_01.1/charter (samt Bulle).

Edd.: Schramb, Chronicon Mellicense (1702), S. 124 (aus A).

Reg.: Potthast, Reg. pont. Rom. I (1874), S. 729 Nr. 8492. — Hilger, Papsturkunden (FRA 2/83, 1991), S. 82 Nr. 135.

Lit.: Hageneder, Geistliche Gerichtsbarkeit (1967), S. 64.

Bulle. Siehe monasterium.

Ediert nach A.

Gregorius episcopus servus servorum dei venerabili fratri . . episcopo Secouensi et dilectis filiis . . abbati et . . priori de Runa Salzeburgensis diocesis salutem et apostolicam benedictionem. Quoniam nimis dispendiosum esset et grave dilectis filiis . . abbati et conventui monasterii Medlicensis ordinis beati Benedicti ad Romanam ecclesiam nullo medio pertinentis, cum sint in remotis partibus constituti, pro singulis querelis apostolicam sedem adire, cum frequenter a multis tam clericis quam laicis gravibus sint iniuriis lassessiti, ad supplicationem eorum super hoc eis duximus providendum. Quocirca discretioni vestre per apostolica scripta mandamus, quatinus, cum a predictis abbatte et conventu fueritis requisiti, malefactores eorum indebitos in Salzeburgensi provincia constitutos, ut eis ablata restituant et de dampnis et iniuriis irrogatis satisfaciant competenter vel in aliquos

compromittant, qui appellatione remota iustitia mediante procedant, per censuram ecclesiasticam appellatione postposita compellatis presentibus usque ad nostrum beneplacitum valitinis. Quod si non omnes hiis exequendis potueritis interesse, tu frater episcope cum eorum altero ea nichilominus exequaris. Dat. Perusii, kal. febr., pontificatus nostri anno tercio^{a)}.

^{a)} Vor tercio zur Zeilenfüllung vergrößerter Wortzwischenraum A.

NIOE 5

(1230) März 28, Lateran

Papst Gregor [IX.] beauftragt den Abt [Wezelin] von Göttweig, den Propst [Bernhard] von St. Florian und den Dekan von Herzogenburg, die Klage des Propstes [Herbord] und des Kapitels von St. Georgen (an der Traisen), dass ihnen Erchenger von Landsee, Heinrich von Kaja, dessen Frau W. und andere Personen aus den Diözesen Salzburg und Passau die Kapelle in Hausleuten vorenthalten, zu untersuchen und zu entscheiden.

Hss.: Original in Herzogenburg, StiA, Urkunden, H.I.-n.31 (A).

Abb.: http://monasterium.net/mom/AT-StiAHe/HerzogenburgCanReg/1230_III_28/charter (samt Bulle).

Edd.: Biélsky, Urk. St. Georgen (AKÖGQ 9, 1853), S. 289 Nr. 34 (aus A).

Reg.: Fuchs, UB Göttweig I (FRA 2/51, 1901), S. 109 Nr. 100. — Biélsky, Urk. St. Georgen (AKÖGQ 9, 1853), S. 304. — Potthast, Reg. pont. Rom. I (1874), S. 731 Nr. 8505. — Hilger, Papsturkunden (FRA 2/83, 1991), S. 84–85 Nr. 139.

Lit.: Kupfer, Weinviertel (2017), S. 48.

Erchenger von Landsee ist ein steirischer Ministeriale, siehe die Urkunde Herzog Leopolds VI. von 1211 Juli 18, Graz (Edd. in Fichtenau/Zöllner, BUB I [1950], S. 245–247 Nr. 181). Siehe zu Erchenger auch Pirchegger, Landesfürst und Adel 2 (1955), S. 215–216, jedoch ohne explizite Nennung als steirischen Ministerialen.

Von einem Streit der Propstei St. Georgen um diese Kirche bzw. Kapelle in Hausleuten handelt auch eine Urkunde Wilbirgs, Frau des Konrad von Hausleuten aus dem Jahr 1240 (= Urkunde Nr. NIOE 11). Zur Frage, ob die in der vorliegenden Urkunde genannte Frau W. mit der dort genannten Wilburg identisch sein kann, siehe die Ausführungen zu Nr. NIOE 11.

Zur Identifizierung von Husluten als Hausleuten (nordöstlicher Ortsteil von Hasendorf) siehe Weigl, Ortsnamenbuch 3 (1970), S. 73 H205; mit derselben Lokalierung, jedoch der Schreibung Hausleiten, auch Biélsky, Urk. St. Georgen (AKÖGQ 9), S. 294–295; Maidhof, Passauer Urbare 1 (1933), S. 229 Anm. 1781, 322 Anm. 383; Dopsch, Ulrich von Liechtenstein (1977), S. 105.

Bulle. Siehe monasterium.

Ediert nach A.

Gregorius episcopus servus servorum dei dilectis filiis . . abbatii de Chotewico, . . preposito sancti Floriani et . . decano de Heregemburch Patauiensis diocesis salutem et apostolicam benedictionem.

.. prepositus et capitulum ecclesie sancti Georii nobis conquerendo monstrarunt, quod Erchengerus de Landsere, Henricus de Chyu et W. uxor eius ac quidam alii Salzeburgensis et Patauiensis diocesum capellam in Husluten ad dictam ecclesiam de iure spectantem contra iustitiam detinent et eis reddere contradicunt. Ideoque discretioni vestre per apostolica scripta mandamus, quatinus partibus convocatis audiatis causam et appellatione remota fine debito terminetis, facientes quod decreveritis per censuram ecclesiasticam firmiter observari. Testes autem qui fuerint nominati, si se gratia, odio vel timore subtraxerint, per censuram eandem appellatione cessante cogatis veritati testimonium perhibere. Quod si non omnes hiis exequendis potueritis interesse, duo vestrū ea nichilominus exequantur. Dat. Laterani, V kal. aprilis^{a)}, pontificatus nostri anno quarto^{b)}.

^{a)} Von Laterani bis aprilis zur Zeilenfüllung vergrößerte Wortzwischenräume A. — ^{b)} Von pontificatus bis quarto zur Zeilenfüllung vergrößerte Wortzwischenräume A.

NIOE 6

1230 November 30, Lilienfeld

Herzog Friedrich [II.] von Österreich und Steier bestätigt dem von seinem Vater Herzog Leopold [VI.] von Österreich und Steier gestifteten Kloster Lilienfeld dessen Schenkungen unter Angabe deren Grenzen und der Entschädigung an die Ministerialen Leutold und Konrad [von Altenburg?] auf einige dem Kloster gegebenen Güter. Er selbst und seine Mutter [Theodora] schenken weitere Güter, darunter auch solche in der Steiermark.

Hss.: Original in Lilienfeld, StiA, Urkundenbestand, 1230 November 30, Lilienfeld (A). — Abschrift ca. 1280 in Wien, ÖNB, Cod. 13424, S. 145–153 Nr. 46 (B). — Abschrift 2. Hälfte 15. Jh. in Wien, HHStA, Hs. W 24, S. 115–118 Nr. 114 (C).

Abb.: http://monasterium.net/mom/AT-StiALi/LilienfeldOCist/1230_XI_30/charter (samt Hängesiegel).

Edd.: Hanthaler, *Fasti Campililiensis I/2* (1747), S. 783–785 (mit Interpolation des Zeugen Bischof Gebhard von Passau). — Fichtenau/Zöllner, *BUB II* (1955), S. 121–124 Nr. 287 (aus A).

Reg.: Hanthaler, *Recensus I* (1819), S. 204 Nr. 7. — Meiller, *Reg. Babenberger* (1850), S. 148 Nr. 2. — Tangl, *Grafen von Pfannberg I* (AKÖGQ 17, 1857), S. 254. — Ankershofen, *Urkundenreg. Kärnten* (AKÖGQ 27, 1861), S. 188 Nr. 877. — Meiller, *Reg. Salzburg* (1866), S. 250 Nr. 364. — Friess, *Herren von Kuenring* (1874), S. XXIV Nr. 212. — Wendlinsky, *Grafen von Plaien-Hardeg* (BlVLkNÖ NF 13, 1879), S. 419 Nr. 378. — Jaksch, *MDC IV/1* (1906), S. 188 Nr. 2006. — Kos, *Gradivo V* (1928), S. 261 Nr. 527. — Winner, *Urkunden Lilienfeld* (FRA 2/81, 1974), S. 34–35 Nr. 22. — Herold, *Herren von Seefeld-Feldsberg* (2000), S. 193–194 Nr. 149.

Lit.: Brunner, *Exemptionsrecht* (SB Wien 47, 1864), S. 351. — Newald, *Herren von Hohenberg* (BlVLkNÖ NF 7, 1873), S. 71. — Friess, *Herren von Kuenring* (1874), S. 66–67. — Kummer, *Ministerialengeschlecht Wildonie* (AfÖG 59, 1880), S. 211. — Ficker, *Friedrich II.* (1884), S. 145. — Widmann, *Geschichte Salzburgs I* (1907), S. 304 (Anm. 3). — Mitis, *Studien* (1912), S. 412–413. — Bednar, *Besitzgeschichte* (JbLkNÖ NF 21/Festschrift Redlich, 1928), S. 59, zu

November 29. — Oettinger, *Entstehung von Lilienfeld* (1953), S. 245–246, 252. — Zauner, *Urkunden Gleink* (MOÖLA 9, 1968), S. 71. — Dienst, *Kanzlei* (1984), S. 273–274. — Perger, *Herren von Lengbach* (1984), S. 14 (Anm. 87). — Reichert, *Landesherrschaft* (1985), S. 10. — Zauner, *Siedlungs- und Herrschaftsgeschichte* (1987), S. 460. — Pichler, *Grenzstreit* (ZHVSt 81, 1990), S. 18. — Herold, *Herren von Seefeld-Feldsberg* (2000), S. 122. — Gneiß, *Urkundenwesen Lilienfeld* (MNÖLA 17, 2016), S. 82–83. — Kupfer, *Weinviertel* (2017), S. 31.

Laut Fichtenau/Zöllner, BUB II, S. 121–122, Empfängerherstellung. Das Diktat stützt sich auf die Urkunde Herzog Leopolds VI. von 1209 April 13, (Kloster-)Neuburg (Edd. in Fichtenau/Zöllner, BUB I, S. 223–226 Nr. 168; Abb.: https://www.monasterium.net/mom/AT-StiALi/LilienfeldOCist/1209_IV_13/charter), allerdings wurden nicht alle darin verzeichneten Schenkungen bestätigt (siehe ausführlich Mitis, *Studien*, S. 412–413; auch Oettinger, *Entstehung von Lilienfeld*, S. 245–246; Gneiß, *Urkundenwesen Lilienfeld*, 82–83).

Die vorliegende Urkunde diente ihrerseits als Vorlage für die Bestätigung durch Herzog Ottokar von 1257 Mai 9, (Wiener) Neustadt (Edd. in Lorenz, *Deutsche Geschichte 1* [1863], S. 450–454 Nr. 5; in CDB nicht enthalten).

Vgl. auch die Fälschung auf den Namen Herzog Leopolds VI. von Österreich von 1219 Oktober 7, Wien, in welcher die Schenkung des Gutes Eschenau an Lilienfeld, mit Ausnahme eines den Herren von Altenburg als Entschädigung für deren Schenkungen an das Stift überwiesenen Besitzteiles, bestätigt wird (Edd. in Fichtenau/Zöllner, BUB II, S. 21–22 Nr. 218).

Bolan = Altpölla, NÖ, siehe Fichtenau/Zöllner, Register S. 376.

Schlecht erhaltenes, zerbrochenes Siegel Herzog Leopolds (Fichtenau/Zöllner: wahrscheinlich Typus 41 und 42) an, laut Fichtenau/Zöllner, BUB II, S. 12, und Winner, *Urk. Lilienfeld*, S. 35, gelb-rosa Seidenschnüren. Siehe monasterium. Zu einer auf freier Erfindung beruhenden angeblichen Abbildung des Siegels nach einer Zeichnung Hanthalers siehe Fichtenau/Zöllner, BUB II, S. 13.

Ediert nach A. Der Ausweis der Übereinstimmungen mit der Vorurkunde erfolgt nach deren Originalüberlieferung (siehe oben).

‡ In nomine sancte et individue trinitatis. Fridericus dei gratia dux Austrie et Stirie omnibus presentem paginam inspecturis in perpetuum ‡. Recte suorum decessorum legitimus heres nuncupatur, cui^{a)} non tantum ipsorum divicias et potestatem, verum etiam virtutes studuerit hereditare. Igitur, ut non solummodo principatus patris nostri Livpoldi dive memorie ducis Austrie et Stirie, sed etiam virtutes et probitates hereditemus, placitum deo et hominibus arbitramur, ut liberalitatem, qua ipse circa monasterium de Lilinueld, quod ipse uallem beate Marie instituit appellari, usus est pro sua omniumque antecessorum et successorum suorum salute, nos quoque privilegii nostri auctoritate confirmemus, ut eandem gratiam apud supernum iudicem nobis optineat confirmatio, quam ei fundationis et dotationis meritum comparavit. Quecumque ergo pater noster religiosa liberalitate iam dicto contulit monasterio et apostolica pragmaticaque sanccione sollempniter sunt communita, cum terminis suis presenti privilegio duximus inserenda. Extenduntur igitur termini eius, sicut continetur in instrumento patris nostri exinde confecto, a predio Hertwici militis de Hvbe * prout defluit aqua que vocatur Wisenpach usque ad caput eiusdem fluvii, dehinc per iuga moncium adiacentium, donec veniatur ad lapidem in pedem iam dictorum moncium, ubi confluunt fluvii Nændinspach videlicet

et Traisin, dehinc per transversum predictarum aquarum ab opposito lapide per collem Steinborz appellatum et per adiunctos montes prout defluit aqua pluvialis usque ad locum ubi oritur amnis qui Rets nuncupatur, et cingit flumen quod vocatur Walstnich, abhinc girat usque ad stagnum quod vocatur Erlafsê, deinde usque ad montem qui Mvmenalbe vocatur et usque ad montem qui^{b)} dicitur Otschan, deinde reflectitur et descendit usque [ad]^{c)} preedium domine Hadmudis. Preterea nemus suum Leznich et foreste * integrum tradidit cum forestariis, * silvis, * pascuis, pratis, ortis^{d)}, pomeriis, terris cultis et incultis, * aquis, * molendinis, punctionibus, * addens nichilominus universos mansos ad ministracionem Willhalmspurch pertinentes et quicquid in eadem villa, quicquid in ipsa parrochia proprietario iure habebat, cum manciipiis ac censualibus utriusque sexus. In Heinveld quoque quicquid suum erat cum nemore adiacente, pratis, aquis, punctionibus aliisque attinentiis, * manciipiis, * censualibus utriusque sexus, sed et mansos XII qui forsthūb appellantur memorato loco assignavit. Huic autem donationi duo * ministeriales sui Livtoldus * et Chunradus * reclamare nitebantur, asserentes se aliquid iuris in foreste usque ad id tempus quiete possedisse. Quos malens ratione quam potentia superare, vocatis consiliariis * et ministerialibus suis et aliis quam pluribus Wilhelmspurch accessit et vicinis et cognatis predictorum, qui terminos et limites illius regionis perspicue noverant, questionem * predictorum fratrum patefecit, qui ventilato hinc inde verbo et sollicita examinatione discusso iurati * dixerunt * predictos fratres in hiis, de quibus reclamaverant, nichil iuris habere, sed eadem omnia ad ducem tam paterna successione quam principatus sui ratione pertinere. Licet autem per assercionem predictorum et secundum terre sue consuetudinem per sententiam omnia predicta sibi essent adiudicata, * tamen * ut holocaustum suum pingue fieret¹⁾, micius cum eis agendum putavit. Pro hiis ergo, que in sortem monasterii et partem fratrum placuit conferre, sed et pro monte, in quo castrum quod Hohenstöfe vocabatur situm erat, quem etiam ipsis presentibus et benigne annuentibus monasterio eidem excepta cultura et silva in ipso monte contulit, hac * condicione interposita, ut iam dictus mons nunquam * ab aliquo liberorum suorum vel ab aliquo hominum in perpetuum reedificetur, et pro opere burgensi predictis duobus ministerialibus ad consilium amicorum eorundem congruam dedit recompensationem. Est autem hec recompensatio: in Dvrenlis * XV talentorum redditus et dimidium, in Giselbrehtis VII talenta et LX denarios^{e)}, in Ragz iuxta Bolan VII talenta et III solidos et XV denarios. Et ne aliqua prorsus discordia inter fratres de Lilinuelde et predictos ministeriales * possit * suboriri de predicto nemore, quod * cenobio contulit, partem quandam eis * segregavit, videlicet a fluvio Halpach usque in fluvium Weizenbach et ab eodem fluvio sursum usque ad montem * Eschinstouf, inde usque ad alpem, ad locum * ubi oritur fluvius * Wisenbach. Quicquid igitur hiis terminis includitur, * ministerialibus assignavit, exceptis punctionibus a fluvio Wizenbach infra, quas communes esse decrevit tam ecclesie quam ministerialibus. Omnes autem punctiones ultra fluvium Weizenbach ad solos fratres statuit pertinere. Hec autem recompensatio processu temporis ministerialibus ex parte displicuit. Verum ne religiosa et deo accepta devocio patris nostri, quam habuit circa constructionem monasterii de Lilinvelde, quam et nos merito cum principatu suo hereditare debemus, per nostram incuriam debilitaretur, ita ut huius rancoris occasione cenobium a ministerialibus vel ab eorum successoribus in posterum turbaretur, et nos ille reatus coram omnipotente iudice addiceret, in dedicatione sepeliente ecclesie iuxta voluntatem ministerialium tam habundantem fecimus recompensationem, Stranzendorf cum quibusdam aliis ipsis conferendo et in possessionem mittendo, quod libere et quiete possederunt et gratias referentes de tam bona recompensatione et ipso dedicationis die coram altari sancte dei genitricis promiserunt nunquam se de cetero ipsum cenobium ullo gravamine pulsatueros, sed ad ipsum fidelitatem et amiciciam conservatueros. Testes huius rei sunt Eberhardus archiepiscopus Salzburgensis, Rudgerus episcopus Chimse, Bernhardus dux Karinthie, Chunradus comes de Plaien, Otto tvmfogt, Heinricus et frater eius Hadmarus de Chvnringen, Chadoldus de Veldsperch, Hadmarus de Svnnenberch, Chadoldus de Bōungarten et frater eius Hadmarus, Rvdgerus de Anschowe, Wichardus de Zebinge, Chunradus de Rammstein, Heinricus de Brvnnen, Vlricus de Becca, Otto de Traberch, Reinbertus de Mvrekke, Livtoldus de Wildonia. Porro ne et nos munificentia patris nostri inveniremur inferiores, immo ut

regni celestis cum ipso efficeremur participes, prefato dedicationis die unâ cum matre nostra contulimus ecclesie in Lilinueld XXXV mansos in Witzlinstorf cum omnibus pertinentiis suis et duas insulas, in Niwendorf VII mansos et dimidium et mageriam unam cum attinenciis suis et duos mansos in Radgerstorf, in Razlandorf XXVI mansos et mageriam unam, in Radenbrvnne XIX mansos et mageriam unam cum pertinentiis suis, in Weinprichsdorf XXVI mansos et dimidium, in Bropsdorf duos mansos, in Schonna mansum unum, in Pfrvmna et in Gange XIII mansos et dimidium et insulam in Danubio que vocatur Cherpfenwerde, in Lengenveld mageriam cum omnibus suis pertinentiis, in Stretzinge XXVI mansos et todidem^{e)} iugera vinearum et mageriam unam, in Wizenbach redditus trium talentorum, in Chrems curiam * cum capella et vinea adiacente et silva in Mvlencke propriis terminis distincta, preterea pedium quoddam in Marchia apud Bolan situm solvens annuatim XXX marcas, quod dedit ad usum olei fratribus et lumina sanctorum concinnanda, * in regione que vulgo Forst dicitur, quicquid iuris et redditum a comitibus de Schala ad ipsum fuerat devolutum *, tres quoque domos, unam Wienne, aliam in Noua Ciuitate, terciam Crems, quas etiam ab omni publica exactione liberas esse concessit. Insuper contulit predicte ecclesie mageriam unam in Sirnich cum omnibus curie adtinentiis, scilicet silvis et pratis, et tres mansos et molendinum unum ibidem, in Tvtscpach mageriam unam. Paci quoque predictorum fratrum in omnibus consulere volens ac prospicere libertati decrevit, ut nulli successorum vel subditorum suorum liceat in cunctis eorum possessionibus, quas et habent et habituri sunt, iurisdictionem sibi usurpare vel soluciones, quas iudices et advocati exigant, expetere, munera seu donationes postulare aut ulla omnino exactiones extorquere, sed ipsi fratres rerum suarum et bonorum plenariam habeant potestatem. Porro si violentus raptor aut fur manifestus in ipsorum locis deprehensus fuerit, cum vestitu suo cingulo comprehenso de locis ipsis ab eorum officialibus, qui villis presunt, educatur et iudici offeratur. Ab omni etiam vectigalium et thelonie sive pedagiorum soluzione ipsos voluit esse immunes, ita ut de rebus quibuslibet, quas ipsi seu homines eorum ad usus fratrum undecumque vehant, nullus in aliquo sui districtus loco quicquam sub iuris cuiusquam nomine extorquere presumat. Ut ergo hec omnia fratribus de Lilinueld perhenni stabilitate rata permaneant et inconvulta, pater noster suo constituit privilegio congruis in eodem testibus annotatis. Nos vero considerantes, quod nobilitatis insigne sit patris testamentum pro sua suorumque salute conditum post mortem eius confirmare, omnia supradicta sepe memorate ecclesie de Lilinueld a patre nostro religiose collata presenti privilegio confirmamus, ut et nos in felici resurrectione sanctorum partem et societatem cum eo pariter habeamus²⁾. Dat. anno incarnationis dominice M° CC° XXX°, pridie kalend. decenb.^{e)}, in Lilinveld.

^{a)} cui statt qui A. – ^{b)} qui über der Zeile A. – ^{c)} ad fehlt A; Ergänzung nach VU. – ^{d)} ortis statt hortis A. – ^{e)} A.
¹⁾ Ps 19, 4. – ²⁾ Vgl. I Joh 1, 7.

NIOE 7

[1230 November 30, Lilienfeld]

Herzogin Theodora beurkundet die gemeinsam mit ihrem Sohn, Herzog Friedrich II. von Österreich und Steier gemachten Schenkungen von Gütern (= Urkunde Nr. NIOE 6) an das Kloster Lilienfeld.

Hss.: Keine archivalische Überlieferung feststellbar.

Edd.: Ungedruckt.

Lit.: Mitis, Studien (1912), S. 413.

Die Urkunde ist verschollen (schriftliche Mitteilung durch Frau Dr. Irene Rabl, Archivarin in Lilienfeld, vom 13. März 2020). Mitis lag 1912 jedoch noch die „eigen[e], noch im Original erhaltenen Urkunde“ über die Schenkung Theodoras, die aufgrund der „identischen Zeugen [...] unbedingt mit dem großen Privileg vom 30. November 1230 [= Urkunde Nr. NIOE 5] zusammenfällt“ vor, siehe Mitis, Studien, S. 413. In ähnlicher Weise führt Oettinger, Entstehung von Lilienfeld (1953), S. 252 Anm. 49, aus, dass die Schenkungsurkunde der Gräfin Eufemia von Peilstein für Lilienfeld mit „Theodora als Spaltenzeugin“ (ediert in Mitis/Dienst/Lackner, BUB IV/2 [1997], S. 198–199 Nr. 1169) „den Zeugen nach“ vom selben Tag wie Urkunde Nr. NIOE 7 stammen muss, die von Mitis angeführte Urkunde der Herzogin Theodora erwähnt er jedoch nicht.

NIOE 8

(1231) Dezember 12, Rieti

Papst Gregor [IX.] beauftragt den Abt [Konrad] von Admont, die Klage des Abtes [Walter] und des Konvents von Melk, dass der Pfarrer von Traiskirchen und andere Pfarrer dem Kloster Zehente verweigern, zu untersuchen und zu entscheiden.

Hss.: Original in Melk, StiAM, Urkunde 1231 XII 12 (A). — Abschrift 15. Jh. in Melk, StiAM, I. Archiv, K. 1, Kopialbuch B, fol. 6v Nr. 18 (B).

Abb.: http://monasterium.net/mom/AT-StiAM/MelkOSB/1231_XII_12/charter (samt Bulle).

Edd.: Hilger, Mödling und Melk (JbLkNÖ NF 42, 1976), S. 150 Nr. 1 (aus A).

Reg.: Hilger, Papsturkunden (FRA 2/83, 1991), S. 96 Nr. 160.

Lit.: Keiblinger, Geschichte Melk I (1851), S. 326, zu 1232. — Keiblinger, Geschichte Melk II/I (1869), S. 367, zu 1233. — Wichner, Admont in Bezz. zu NÖ (BlVLkNÖ NF 28, 1894), S. 236.

Bulle. Siehe monasterium.

Ediert nach A.

Gregorius episcopus servus servorum dei dilecto filio . . abbati Amuntensi^{a)} Salzeburgensis diocesis salutem et apostolicam benedictionem. Dilectorum filiorum . . abbatis et conventus monasterii Medlicensis ad Romanam ecclesiam immediate spectantis recepimus questionem, quod de Dreischirchen et quarundam aliarum ecclesiarum suarum plebani Patauiensis diocesis quosdam annuos census, in quibus tenentur, eisdem eis subtrahunt minus iuste. Ideoque discretioni tue per apostolica scripta mandamus, quatinus partibus convocatis audias causam et appellatione remota debito fine decidas faciens quod decreveris per censuram ecclesiasticam firmiter observari proviso, ne census ipsi contra Lateranensis statuta concilii sint impositi vel adacti. Testes autem, qui fuerint nominati, si se gratia, odio vel timore subtraxerint, per censuram eandem appellatione cessante compellas veritati testimonium perhibere. Dat. Reate, II id. decemb., pontificatus nostri anno quinto.

^{a)} A.

NIOE 9 (P 43)

1231

Herzog Friedrich II. von Österreich und Steier bestätigt den Tausch einiger Güter und Leute in Ratten zwischen Richer von Gutenstein und Hermann von Kranichberg.

Hss.: Keine archivalische Überlieferung feststellbar.

Edd.: Ungedruckt.

Reg.: Wißgrill, Schauplatz 3 (1797), S. 467. — Meiller, Reg. Babenberger (1850), S. 149 Nr. 6 mit S. 263 Anm. 431. — Pirchegger in StUB Erg. (1949), S. 32 Nr. 43. — Fichtenau/Zöllner, BUB II (1955), S. 363–364 Nr. 526. — Newald, Gutenstein (1870), S. 75.

Die traditionelle Zuordnung ins Jahr 1231 beruht einzig auf der Angabe bei Wissgrill, Schauplatz, S. 467, dass dieser Tausch von Herzog Friedrich II. 1231 bestätigt wurde, mit Verweis auf das „Docum. monasterii Kircherg [sic] in Austria“. Mangels archivalischer Überlieferung ist dies nicht mehr überprüfbar. Bereits bei Meiller heißt es, dass diese von ihm übernommene Einreihung „eine Willkürliche“ ist und es wird lediglich darauf verwiesen, dass dies zu den von ihm getroffenen Annahmen zur Datierung der Schenkung durch Elisabeth, Richers Witwe, an das Kloster Seckau (Edd. in Fichtenau/Zöllner, BUB II [1955], S. 146 Nr. 308) passen würde. Diese Schenkung wird von Wißgrill, in Unkenntnis der Bestätigung durch Herzog Friedrich II., zum Jahr 1259 gesetzt. Aus den beteiligten Personen sind keine weiteren Anhaltspunkte zu gewinnen. Ein Richer von Gutenstein ist ansonsten in keiner datierten Urkunde belegt. Hermann von Kranichberg hat den Herzog wohl noch überlebt (oder handelt es sich um einen gleichnamigen Sohn?); weitere Belege: 1248 August 9: Edd. in Zahn, StUB III (1903), S. 87–88 Nr. 32. — 1251 Jänner 1: Edd. in Zahn, StUB III, S. 148–149 Nr. 84. — 1253 Mai 17: Edd. in Zahn, StUB III, S. 189–190 Nr. 122. — 1256 (Oktober 14): Edd. in Zahn, StUB III, S. 290 Nr. 203.

Pirchegger in StUB Erg., S. 32 Nr. 43, identifiziert das genannte Ratten mit jenem in der Nordoststeiermark, zumal die Herrschaft Kranichberg im oberen steirischen Feistritztal begütert war.

Edition folgt Wißgrill.

Richerus von Guttenstein vertauschte mit Hermann zu Chranichberg einige Güther und Unterthanen in Ratten etc., welchen Tausch Herzog Friedrich II. von Oesterreich und Steyer anno 1231 bestätigte. (Docum. Monast. Kircherg^{a)} in Austria.).

^{a)} Kircherg statt Kirchberg Wißgrill.

NIOE 10

1237 Juni 1, Wien

Bischof E(kbert) von Bamberg, Reichsprokurator in Österreich und Steier, stellt dem Stift Klosterneuburg ein diesem von Herzog Heinrich von Mödling geschenktes und von Herzog

F(riedrich) [II. von Österreich und Steier, Herrn von Krain], unrechtmäßig weggenommenes Gut zurück.

Hss.: Original in Klosterneuburg, StiA, Urkunden, Urk. 1237 VI 1 (A).

Abb.: http://monasterium.net/mom/AT-StiAK/KlosterneuburgCanReg/1237_VI_01/charter

Edd.: Fischer, Klosterneuburg 2 (1815), S. 195–196 Nr. 46 (aus A).

Reg.: Hormayr, Direktorium (TBVG NF 10, 1839), S. 483, zu Mai 23. — Böhmer/Ficker/Winkelmann, RI V/2,4 (1894), S. 1658 Nr. 11207, zu Mai 23 (vermutlich nach Hormayr). — Herold, Herren von Seefeld-Feldsberg (2000), S. 197 Nr. 159.

In Zeibig, UB Klosterneuburg (FRA 2/10, 1857) nicht enthalten.

Hängesiegel Bischof Ekberts fehlt. Siehe monasterium.

Ediert nach A.

E(ckeberthus) dei gratia Babinbergensis^{a)} episcopus procurator imperii in Austria et Stiria constitutus universis presentem paginam inspicientibus fidelibus salutem. Presentium tenore ad noticiam omnium volumus pervenire, quod constitutus in presentia nostra dilectus in Christo frater noster venerabilis prepositus de Nivwenbuc testimonio ministerialium terre et temporis illius legittime probavit, quod villa Chogelprvnne, a duce Heinrico de Medelico, qui eam iure hereditario possederat, ecclesie in Nivwenbuc libere tradita fuisset, pleno favore et assensu domini F(riderici) tunc ducis Austrie et Ste(ri)e^{b)} accedente. Quam donationem iustum et legittimam privilegio a predicto duce Heinrico sue ecclesie indulto evidentius demonstravit. Eapropter nos plena ex parte imperii per Austriam et Stiriam habentes potestatem, inspecto iure suo, in quo sibi et ecclesie sue debebamus incerto adesse, et scientes, quia predictus F(ridericus) quondam dux Austrie et Stirie, non usus aliquo iure, eandem ecclesiam possessione predicte ville postmodum destituerit potestative, auctoritate domini nostri imperatoris et nostra de communi sentencia ipsi preposito et sue ecclesie sepedicte ville sue restituimus possessionem pacifice deinceps, prout eam adepta fuerat, legittime tenendam. Quod ne in posterum vertatur in dubium presentem paginam sibi dedimus nostri sigilli munimine roboratam. Huius rei testes sunt Heinricus prepositus Patauiensis, Kadoldus dapifer de Veldespere, Heinricus de Seuelt, Kadoldus de Pömgarten, Heinricus de Prvnnen, Wichardus de Arenstaine, Lutoldus de Hohenstöphe, fratres de Hinperc, ministeriales et alii quam plures. Datum Wienne, anno domini M CC XXXVII, kalend. iunii, X inductione^{c)}.

^{a)} Auch Lesung Babmbergensis möglich A. – ^{b)} A. – ^{c)} Text von kalend. bis inductione zur teilweisen Füllung der Zeile auseinandergezogen A.

NIOE 11

1240, St. Georgen (an der Traisen)

Wilburg, Tochter des Meinhard von Inzersdorf (an der Traisen), Ehefrau des Konrad von Hausleuten, verzichtet für das Seelenheil ihres Mannes nach lang dauerndem Streit mit dem Propst [Herbord] von St. Georgen (an der Traisen) um das Patronatsrecht der Kirche in Hausleuten auf dieses. Die Kirchen von Hausleuten und Reidling unterstehen weder ihrer noch Dietmars von Liechtenstein Jurisdiktion, sondern derjenigen des Klosters.

Hss.: *Original in Herzogenburg, StiA, Urkunden, H.I.-n.35 (A).*

Abb.: <http://monasterium.net/mom/AT-StiAHe/HerzogenburgCanReg/1240/charter> (samt Hängesiegel).

Edd.: Biélsky, *Urk. St. Georgen (AKÖGQ 9, 1853)*, S. 293–294 Nr. 38 (aus A).

Reg.: Boshof, *Reg. Passau II* (1999), S. 177 Nr. 1750.

Lit.: Dopsch, *Ulrich von Liechtenstein* (1977), S. 106, 107–108. — Dopsch, *Dichtung und Politik* (1999), S. 65.

Die Aufnahme erfolgte wegen des im Text angeführten Dietmarus de Lihtenstain, bei dem es sich um Dietmar IV. von Liechtenstein-Offenburg, den Bruder Ulrichs von Liechtenstein handelt, siehe Dopsch, Ulrich von Liechtenstein, S. 108; Dopsch, Dichtung und Politik, S. 65.

Auch Urkunde Nr. NIOE 5 (von 1230) handelt von einem Streit der Propstei St. Georgen um diese Kirche bzw. Kapelle in Hausleuten. Da in der vorliegenden Urkunde von einem langen Prozess die Rede ist, erscheint auf den ersten Blick ein Zusammenhang naheliegend. Die in Nr. NIOE 5 genannte W. wird dort jedoch als Ehefrau des Heinrich von Kaja identifiziert und ist wohl nicht mit der hier genannten Wilborg identisch, außer sie hätte in der Zwischenzeit erneut geheiratet, und zwar eine der in Nr. NIOE 5 nicht namentlich genannten Personen, die damals an diesem Streit beteiligt waren.

Zur Lokalisierung von Hausleuten siehe die Anmerkungen zu Urkunde Nr. NIOE 5. Zur Identifizierung von Reudenick als Reidling siehe Dopsch, Ulrich von Liechtenstein, S. 105; Dopsch, Dichtung und Politik, S. 65.

*1. Fragment des Hängesiegels Propst Herbords von St. Georgen, liegt lose bei. 2. Hängesiegel des Kapitels von St. Georgen. Wie bereits Boshof, Reg. Passau II, S. 177, mit Bezugnahme auf Payrich, *Das Stift Herzogenburg, Maschinschrifl. Diplomarbeit Herzogenburg 1987*, ausführt, wurde die im Text angekündigte Besiegelung durch den Bischof offenbar nie durchgeführt. Siehe monasterium.*

Ediert nach A.

Quoniam que aguntur in tempore, continuo momentorum et antiquo successu labuntur cum tempore. Iccirco^{a)} ne gestarum rerum noticia nociva vetustate temporum ab hominum evanescat memoria, hanc memori scripturarum confirmatione decrevimus perennare. Noverit igitur omnis tam posterorum quam presentium scriptis presentibus perspectis etas, nec non exsurgens progenies futura suis enarret filiis, ut sciant, quod nobilis quedam domina nomine Wilwirgis filia domini Minhardi de Inzensdorf uxor autem domini Chunradi de Höslevten pro salutiffera commemoratione nominati mariti sui et etiam sui ipsius salute tempore venerabilis prepositi cenobii sancti Georii Herboldi cuidam liti multo tempore versate inter memoratum cenobium et dictam dominam super iure patronatus ecclesie in Hösleuten cessit resignando iam memorato cenobio dictum ius patronatus eidem liberum relinquens arbitrium constituendi et destituendi clericum quandocumque voluerit et quemcumque, hac tamen forma, ut sepe memorati cenobii conventus clericum deinceps in altera subnominandarum ecclesiarum videlicet Hösleuten vel Reudenick residentem providentem tamen utrique divinis studeat ydoneum procurare, clero non habente respectum quemquam ad supradictam dominam, quantum est de iure patronatus, nec ad dominum Dietmarum de Lihtenstain sub eadem forma, qui quondam videbatur successivus heres esse iuris huiusmodi, sed eo tantum

subiacente iurisdictioni supramemorati conventus. Huius determinate litis testes sunt tam spirituales quam seculares persone, quarum nomina subsequenter perscripta cernuntur: primum autem spiritualium videlicet Herbordus venerabilis prepositus sepius memorati cenobii et Albertus eiusdem capituli decanus cum universis eiusdem loci confratribus. Laycalium autem personarum nomina hec subscrivimus: dominus Dietmarus de Lihtenstain supra memorato castello ministerialis, Livpoldus de Dræsdorf, Pabo de Hasendorf, Minhardus de sancto Nycolao milites, Chunradus de Reudenick, Hainricus de Æzelinsperge et frater eius Chunradus nec non alii quam plures. Igitur, ne ab aliquibus in posterum per obliviose antiquitatis iniuriam vel alterius articuli cuiuscumque definitio sepe nominate litis infringi vel cassari valeat, appensione sigillorum domini reverendi Patauiensis episcopi Rudigeri nec non venerabilis prepositi Herbordi singulariter et totius capituli munimus et roboramus paginam hanc presentem. Deffinitum huiusmodi in pago Georiensi, sanctissimo patre Gregorio papa presidente apostolice sedi Rome, Friderico autem imperatore Romanorum et semper augusto regnante, metropolitane autem sedi in Salzpurga presidente reverentissimo archyepiscopo Eberhardo, venerabili autem patre et domino in Patauiensy dyocesi pontificante Rudigero episcopo, illustri autem et strenuissimo duce Friderico^{b)} in Avstria et Styra regnante nec non Carniola dominante, anno^{c)} M° CC° XL°.

^{a)} A. — ^{b)} Friderico in Majuskeln A. — ^{c)} anno in Majuskeln A.

NIOE 12

1243 (November 22), St. Andrä im Lavanttal

Erzbischof Eberhard [II.] von Salzburg schenkt dem Kloster Zwettl für das Seelenheil Bischof Heinrichs [I.] von Seckau, der dort begraben ist, zwei Pfund nackten Salzes, das die Amtleute der Saline zu Hallein jährlich zu Maria Himmelfahrt zuteilen [oder: verabfolgen] sollen.

Hss.: *Original in Zwettl, StiA, Urkunde 1243 X 23 (olim Nr. 56) (A). — Abschrift 1. Viertel 14. Jh. in Zwettl, StiA, Hs. 2/I, fol. 31r (B).*

Abb.: https://www.monasterium.net/mom/AT-StiAZ/Urkunden/1243_X_23/charter (samt Hängesiegel).

Edd.: Linck, *Annales Austro-Clara-Vallenses* 1 (1723), S. 319–320 (aus A B, unvollständig). — Frast, *Stiftungsbuch (FRA 2/3, 1851)*, S. 116–117 (aus B). — Hauthaler/Martin, *SUB III* (1918), S. 574 Nr. 1023a (aus A).

Reg.: Ankershofen, *Urkundenreg. Kärnten (AKÖGQ 32, 1865)*, S. 209 Nr. 1027, zu Oktober 23. — Meiller, *Reg. Salzburg (1866)*, S. 287 Nr. 542 mit S. 562 Anm. 200, zu Oktober eingereiht, in Anmerkungen zu November angesetzt. — Jaksch, *MDC IV/1 (1906)*, S. 308 Nr. 2271.

Lit.: Kogler, *Wildonier und Stainz (ZHVSt 9, 1911)*, S. 139 Anm. 52, S. 144 Anm. 71. — Pagitz, *Zwei unbekannte Urkunden (MGSL 105, 1965)*, S. 125 (Anm. 19, 21). — Posch, *Heinrich I. (1969)*, S. 29. — Haider, *Kapellanat (1977)*, S. 237, 242–243, 261. — Dopsch, *Salzburg (1981)*, S. 334.

Laut Hauthaler/Martin, *SUB III*, S. 574, „Diktat der Salzburger Kanzlei; von EIIW geschrieben.“ Zu Magister Heinrich (= E II W) siehe Martin, *Urkundenwesen (MIÖG Erg. 9)*,

S. 615–616, Pagitz, Zwei unbekannte Urkunden (MGSL 105), S. 131, und Haider, Kapellanat, S. 242–243.

Zur Datierung heißt es bereits bei Meiller, Reg. Salzburg, S. 562 Anm. 200, und Hauthaler/Martin, SUB III, S. 574, dass ein Fehler vorliegen muss, da Eberhard II. am 20. und am 24. Oktober 1243 in Salzburg belegt ist (Edd. in Hauthaler/Martin, SUB III, S. 570–572 Nr. 1020, und S. 572–573 Nr. 1021). Sie, sowie Jaksch, MDC IV/1, S. 308 Nr. 2271, nehmen deshalb ein Versehen statt X kal. decembr. an und versetzen das Stück aufgrund des Aufenthalts des Erzbischofs in Graz am 18. Dezember 1243 (= Urkunde Nr. SAEB 34) in den November. Vgl. die ähnliche Problematik bei Urkunde Nr. SONS 11.

Bischof Heinrich I. von Seckau war am 7. Oktober 1243 verstorben, siehe Posch, Heinrich I., S. 29.

Schlecht erhaltenes Hängesiegel Erzbischof Eberhards (Hauthaler/Martin: Siegel 2) an, laut Hauthaler/Martin, SUB III, S. 574, rötlicher Seide. Siehe monasterium.

Siehe auch die Bestätigung der Schenkung durch Propst, Dekan und Kapitel von Salzburg = Urkunde Nr. NIOE 13.

Ediert nach A.

Eberhardus dei gracia Salzburgensis archiepiscopus, apostolice sedis legatus, omnibus hanc paginam inspecturis salutem in domino. Quia venerabilis Sekowensis episcopus Heinricus bone memorie apud monasterium Zwetel Cisterciensis ordinis elegit canonicam sepulturam, dignum esse duximus et consonum rationi, ut personis eiusdem monasterii aliqua consolacio preberetur, qua obligati sint pro anima dicti episcopi orare iugiter dominum Iesum Christum ita, quod, si qua adhuc eius anima seculari macula teneatur, quatenus dictarum personarum adiuta precibus choris angelicis societur. Nos igitur ipsius episcopi fidelium obsequiorum memores prefato monasterio pro suorum venia delictorum nudi salis duas libras cuppularum, quod vulgariter zwai phvnt vüderlin appellatur, tradidimus annuatim ita, quod sepedicto monasterio dicta salis quantitas apud salinam nostram annis singulis in festo assumptionis beate virginis ab officialibus nostris, qui ibidem officium saline pro tempore tenuerint, absque contradictione qualibet assignetur. Et ut talis donacio perpetuo gaudeat robore firmitatis, memorato conventui in signum evidens hanc paginam dedimus cum subscripcione testium sigilli nostri munimine consignatam. Sunt enim huius rei testes Vlricus venerabilis Lauendinensis episcopus, Berenhardus prepositus Frisacensis, magister Berhtoldus prepositus sancte Katherine apud Stevnze, magister Heinricus notarius, magister Chunradus fisicus de Grætze, Ditricus canonicus Frisacencis, Chunzo ecclesiasticus et alii quam plures. Dat. huius apud sanctum Andream in Lauent, anno domini M° CC° XLIII°, X° kal. novembr.^{a)}, indictione prima.^{b)}

^{a)} novembr. statt decembr. (laut Hauthaler/Martin) A. – ^{b)} Text von CC° bis prima zur Füllung der Zeile auseinandergezogen A.

NIOE 13

[nach 1243 November 22]

Propst O(tto), Dekan H(einrich) und das ganze Kapitel der Salzburger Kirche geben ihre Zustimmung zu der für das Seelenheil Bischof Heinrichs [I.] von Seckau erfolgten Schenkung von zwei Pfund nackten Salzes an das Kloster Zwettl durch Erzbischof Eberhard II. von Salzburg.

Hss.: *Original in Zwettl, StiA, Urkunde [nach 1243 X 23] (olim Nr. 57) (A). — Abschrift 1. Viertel 14. Jh. in Zwettl, StiA, Hs. 2/1, fol. 31r (B). — Insert in Urkunde 1492 Mai 19, Altenburg, in Zwettl, StiA, Urkunde 1492 V 19 (olim Nr. 1063) (C).*

Abb.: https://www.monasterium.net/mom/AT-StiAZ/Urkunden/1243_XI_22/charter (samt Hängesiegel) — http://monasterium.net/mom/AT-StiAZ/Urkunden/1492_V_19/charter (= C).

Edd.: *Frast, Stiftungsbuch (FRA 2/3, 1851), S. 117–118 (aus B). — Hauthaler/Martin, SUB III (1918), S. 575 Nr. 1023b (aus A), zu 1243 ca. November 22.*

Lit.: *Martin, Urkundenwesen (MIÖG Erg. 9, 1915), S. 638 (Anm. 3).*

Laut Hauthaler/Martin, SUB III, S. 575, „*Salzburger Diktat, vom domkapitlischen Schreiber DF geschrieben.“ Zu DF siehe auch Martin, Urkundenwesen (MIÖG Erg. 9), S. 638.*

Die vorliegende Bestätigung von Urkunde Nr. NIOE 12 kann vom gesamten Domkapitel in Salzburg frühestens einige Tage nach Nr. NIOE 12 ausgestellt worden sein.

An Pergamentstreifen Hängesiegel in Pergament eingenäht, worauf mit Hand geschrieben steht: Sine magna utilitate non aperias, quod sigillum fractum est. Siehe monasterium.

Ediert nach A. Der Ausweis der Übereinstimmungen mit der Vorurkunde erfolgt nach der Edition von Urkunde Nr. NIOE 12.

O(tto) dei gratia prepositus, H(einricus) decanus cum universitate capituli ecclesie Salzburgensis universis hanc paginam inspecturis salutem in domino. Ut ea, que a rectoribus ecclesiarum vel aliis viris catholicis fiunt ad commodum et sustentationem religiosorum virorum deo cottidie famulantum laudabiliter et devote, robur optineant firmitatis et per oblivionem nequeant aboleri, necessitas exigit scripture remedio precaveri. Notum sit igitur omnibus tam presentibus quam futuris hanc paginam intuentibus, quod dominus noster venerabilis Eberhardus secundus Salzburgensis ecclesie archiepiscopus, apostolice sedis legatus, fratribus monasterii sancte Marie in Zwētel Cysterciensis ordinis tam pro remedio anime sue quam pro remedio anime felicis memorie Haînrici Sekâwensis^{a)} episcopi, qui ibidem feliciter in domino requievit, duas libras * nudi salis^{b)} * cupularum^{c)}, quod vulgariter zweī pfvnt füdlerlin appellatur, contulit annuatim ita, quod predicto monasterio dicta salis quantitas apud salinam * annis singulis in festo assumptionis beate virginis ab officialibus domini archiepiscopi, qui ibidem officium saline pro tempore tenuerint, absque contradictione qualibet assignetur. Nos itaque, quia eosdem fratres et totum ordinem affectuosissime diligimus, cum apud eos plenum fraternitatis consortium tam in missarum sollempniis quam in aliis orationibus et elemosnarum^{d)} largitionibus habeamus, ratam habemus eandem donationem consensem nostrum et voluntatem plenariam facto presenti adhibentes. Et ne processu temporis emergant aliqui scrupuli questionum, sigilli nostri munimine presentem paginam decrevimus communiri.

^{a)} A. — ^{b)} Erstes s auf Rasur A. — ^{c)} c verbessert aus t A. — ^{d)} elemosnarum statt elemosinarum A.

NIOE 14

1244 Mai 28, Starhemberg

Herzog Friedrich [II.] von Österreich und Steier, Herr von Krain, erlässt eine Maut-, Zoll- und Marktordnung für (Wiener) Neustadt. Diese enthält auch besondere Bestimmungen für die Kaufleute aus Graz, Leoben und Judenburg.

Hss.: *Original in Wiener Neustadt, StAWN, Scrin. I Nr. 2 (A). — Abschrift um 1500 in Wiener Neustadt, StAWN, Stadtrechtbuch A1.3, fol. 40r–42r (B), unrichtig mit kal iulii. — Abschrift Ende 15. Jh. in Wiener Neustadt, StAWN, Band 2102 (olim Nikolsburg, Dietrichsteinsche Bibliothek, Cod. II 177), fol. 38r–39v (C).*

Edd.: *Meiller, Stadtrechte (AKÖGQ 10, 1853), S. 129–131 (aus A). — Schwind/Dopsch, Ausgewählte Urkunden (1895), S. 84–85 Nr. 39 (aus A). — Fichtenau/Zöllner, BUB II (1955), S. 278–280 Nr. 427 (aus A).*

Reg.: *Hormayr, Direktorium (TBVG NF 10, 1839), S. 490–491. — Meiller, Reg. Friedrich (NBl ÖGL 1, 1843), o. S. Nr. 83. — Meiller, Reg. Babenberger (1850), S. 178 Nr. 133 mit S. 270 Anm. 485. — Bischoff, Österreichische Stadtrechte (1857), S. 206. — Winter, Wiener-Neustädter Stadtrecht (AfÖG 60, 1880), S. 100 Nr. 3.*

Lit.: *Kurz, Oesterreichs Handel (1822), S. 187, 289. — Boeheim, Chronik v. Wiener Neustadt 1 (1863), S. 49. — Ficker, Friedrich II. (1884), S. 121, 149. — Luschin von Ebengreuth, Handelspolitik (1893), S. 11–12. — Juritsch, Geschichte der Babenberger (1894), S. 630–631. — Gumpelwicz, Österreichische Reichsgeschichte (1896), S. 59. — Krones, Verfassung (1897), S. 452–453 Anm. 1. — Kende, Handelsgeschichte (ZHVSt 5, 1907), S. 14, 15. — Mayer, Auswärtiger Handel (1909), S. 9. — Reutter, Straßen (JbLkNÖ NF 8, 1909), S. 214–215. — Srbik, Zwei Fälschungen (ZHVSt 15, 1917), S. 75. — Mayer, Wiener Neustadt 1 (1924), S. 106–107, 113–118. — Fichtenau, Kanzlei (1977), S. 245. — Lindeck-Pozza, Eisenhandel (JbLkNÖ NF 31, 1953/54), S. 113. — Hausmann, Kaiser Friedrich II. und Österreich (1974), S. 271. — Überlackner, Bezirk Amstetten (1976), S. 21. — Härtel, Pittener Gebiet (1977), S. 50. — Rösch, Wirtschaftsbeziehungen (ZHVSt 70, 1979), S. 74–75. — Csendes, Stadtrechtsfälschungen (1988), S. 637–638, 645. — Gerhartl, Wiener Neustadt (1993), S. 26. — Schillinger-Praßl, Rechtsquellen Leoben (FRA 3/14, 1997), S. 111. — Kühtreiber/Mochty/Weltin, Wehrbauten (1998), S. 176, 280–281.*

Laut Fichtenau/Zöllner, BUB II, 278, „verfasst vom herzoglichen Protonotar Leopold von Probstdorf, geschrieben von Notar Markward.“ Zu Leopold von Probstdorf siehe Fichtenau, Kanzlei (1977), 244–246.

Laut Fichtenau/Zöllner, BUB II, S. 278–279, Bruchstück des Hängesiegels Herzog Friedrichs (vorne Typus 41, hinten Typus 42) an roter Seide.

Ediert nach A.

Fridericus dei gratia dux Austrie et Stirie ac dominus Carniole omnibus hanc litteram inspecturis salutem in perpetuum. Quoniam ea que in tempore geruntur cum decursu temporis in oblivionem deducuntur, providit sapientum provisio, ut ea que recordatione perpetua sunt digna, scripture diligentis iuvamine perennentur. Quod nos ex debito advertentes gratiam et constitutionem

subscriptam cum iure perpetuo fidelibus et dilectis civibus nostris in Niwenstat sub presentis instrumenti testimonio et robore conservandam inviolabiliter a nobis et heredibus et successoribus nostris favorabiliter indulgemus statuentes firmiter, ut huic constitutioni nostre nullus unquam debeat contraire. Quos equidem cives tanto pre ceteris fidelibus nostris pro constantibus et indefessis meritis sue fidelitatis tenemur gratiosius amplexari, quanto promptius et devotius in omnibus nostre prosperitatis et adversitatis casibus nobis iugiter et fideliter pre aliis adheserunt. Hec autem sunt, que statuimus. Muta in Noua Ciuitate recipiatur sub hac forma: de bove unus denarius circa confinium, ultra confinium duo denarii. Item de capra obulus. Item de decem pullis unus denarius, infra hunc numerum nichil. Item de decem caseis unus denarius, infra nichil. Item quicquid venditores, quos vulgus dicit chevfeler, duxerint ad civitatem, de hoc dabunt de curru duos denarios. Item mercatores de Greze, de Leuben et de Iudenburch dabunt de curru duodecim denarios, in reditu nichil, nisi processerint ultra, et inde cum redierint cum mercioniis suis, dabunt iterum de curru duodecim denarios. Item mercatores Frisacenses dabunt de qualibet sarcina, que dicitur vulgariter saum, viginti quatuor Frisaticos denarios, in reditu de centum cutibus duodecim denarios. Si aliquid aliud duxerint, dabunt de curru duodecim denarios. Item Veneti dabunt de sāvm viginti quatour Frisacenses denarios, in reditu vero duodecim Frisacenses et triginta denarios Winnenses ad wisode. Item Winnenses dabunt de sovm sex denarios, de centum cutibus duodecim denarios. Si cives Winnenses emerint aliquid apud Nouam Ciuitatem, dabunt de curru duos denarios, Ebenuurtenses, Prukenses, Heimburgenses similiter. Item de sarcina vitrorum in curru locata duos denarios. Item de curru frumenti duos denarios. Item de negociatione triginta denariorum dabitur unus denarius, infra hunc numerum usque ad quindecim denarios obulus, infra quindecim nichil. Item quicquid in dorso portatur, de illo nichil dabitur. Item de curru vini in civitatem adducto duo denarii, de civitate abducto quatuor denarii. Item de curru botrorum venalium sex denarii. Item de curru fructuum duo^{a)} denarii. Si quis laneos pannos duxerit ad civitatem, dabit de curru duos denarios. Item inquilini, qui dicuntur in vulgari seldener, dabunt annalem^{b)} solidum et nullam aliam mutam. Item burgenses de Niwenchirchen dabunt feriis quartis de quolibet curru duos denarios, die sabbati nichil. Item de esoce quatuor denarios. Item iudex nullum burgensem habentem fideiussorem aut pignus captivabit. Item de biga frumenti unum denarium, de biga graminis nichil. Item de carrata graminis unum denarium aut fasciculus equivalens. Item in muta in Wart nullus burgensium dabit de pannis suis quicquam, in reditu tantum duos denarios et unum denarium ad wochenreht, de equo sex denarios, de bove unum denarium et obulum ad wochenreht, de carrata vini duodecim denarios. Item mense piscium solvent quolibet pascha singule sex denarios, staciones mensarum, secundum quod ab inicio locate fuerunt, perpetuo permanebunt. Item leidtwette sub forma antiqua accipatur. Et ut cives nostri sepedicti, qui in equis mutuatis nostris nuntiis hactenus sunt gravati, de cetero non graventur, volumus et statuimus, ut iidem cives hac tantum vice de sua pecunia quatuor spadones ad estimationem viginti quatuor talentorum Winnensis monete debeant comparare, quos quicumque iudex est aut futurus est^{c)}, nostro nomine pro expediendis nuntiis reservabit, qui si per negligentiam iudicis defecerint, iudex alias comparabit. Si autem in obsequio nostro defecerint, nos de nostra pecunia conqueriri alias faciemus. Ut igitur prescriptorum ratitudinem nullus eventus in posterum valeat irritare, quod ex gratia statuimus et ex favore concedimus, conscriptum per singula sigillorum nostrorum appensione et virorum ydoneorum, qui tunc nostro conspectui aderant, annotatione duximus confirmandum. Testes hii sunt: Liuprandus tumprepositus Patauiensis, Liupoldus prepositus Ardacensis, magister Liupoldus plebanus Winnensis prothonotarius noster, Marquardus plebanus de Retze notarius

noster, Otto de Ottenstein, Chunradus de Zekinge iudex curie nostre, Otto de Walchunschirchen camerarius noster, Ditricus de Tobra pincerna noster, Trauslibus de Heimburch et alii quam plures, quorum nomina exprimere non oportet. Acta sunt hec in Starchenberch, anno ab incarnatione domini millesimo ducentesimo quadragesimo quarto, quinto kal. iunii, secunde indictionis.

^{a)} duos, davon s durch Unterzungierung getilgt A. — ^{b)} annalem statt annualem A. — ^{c)} est statt erit A.

NIOE 15

1244 Juli 1, Starhemberg

Herzog Friedrich [II.] von Österreich und Steier, Herr von Krain, erteilt den Bürgern von Wien ein Stadtrecht. Artikel [19] enthält erbrechtliche Bestimmungen und verbietet beim Fehlen einer letztwilligen Verfügung des verstorbenen Bürgers den Übergang des Nachlasses an einen Auswärtigen, sofern sich dieser nicht in einer herzoglichen Stadt oder auf anderen herzoglichen Gütern in der Steiermark niederlässt.

Hss.: Abschrift 13. Jh. in Wien, ÖNB, Cod. 352, fol. 66r–68v (Artikel 19: fol. 68r) (B).

Abb.: <http://data.onb.ac.at/rep/10046B9E> (= B).

Edd.: Meiller, *Stadtrechte* (AKÖGQ 10, 1853), S. 131–138 (aus B). — Bischoff, *Österreichische Stadtrechte* (1857), S. 177–194 (linke Spalte) (aus B). — Tomaschek, *Rechte u. Freiheiten d. Stadt Wien 1* (1877), S. 24–30 Nr. 10 (aus B). — Fichtenau/Zöllner, BUB II (1955), S. 294–300 Nr. 432 (aus B). — Csendes, *Rechtsquellen* (FRA 3/9, 1986), S. 49–56 Nr. 8 (aus B).

Reg.: Bischoff, *Österreichische Stadtrechte* (1857), S. 174–176. — Lohrmann/Opll, *Regesten* (1981), S. 159–160 Nr. 658. — Herold, *Herren von Seefeld-Feldsberg* (2000), S. 204 Nr. 180.

Lit.: Tomaschek, *Wien 1* (1877), Einl. V–VI, XIX–XXI. — Ficker, *Friedrich II.* (1884), S. 149. — Luschin von Ebengreuth, *Handelspolitik* (1893), S. 11. — Gumplowicz, *Österreichische Reichsgeschichte* (1896), S. 59. — Schuster, *Wien 1* (1897), S. 322–324. — Vancsa, *Geschichte* (1905), S. 469. — Kralik/Schlitter, *Wien* (1912), S. 87. — Voltolini, *Wien* (1913), S. 121–122. — Planitz, *Wiener Stadtrecht* (MIÖG 56, 1948), S. 291. — Geyer, *Stadtrechte Wiens* (MIÖG 58, 1950), S. 605–609. — Hirsch, *Hohe Gerichtsbarkeit* (1958), S. 47. — Hausmann, *Kaiser Friedrich II. und Österreich* (1974), S. 271. — Csendes, *Stadtrechtsprivilegien* (DA 43, 1987), S. 112. — Hageneder, *Zum ersten Zeugnis* (1987), S. 144–145. — Csendes, *Stadtrechtsfälschungen* (1988), S. 642, 646, 647. — Herold, *Herren von Seefeld-Feldsberg* (2000), S. 123.

Vorurkunde ist das Stadtrecht Herzog Leopolds für Wien von 1221 Oktober 18, Wien (Edd. in Fichtenau/Zöllner, BUB II, S. 56–65 Nr. 237; Csendes, *Rechtsquellen* [FRA 3/9], S. 30–39 Nr. 4).

Das Stadtrecht 1244 Juli 1 diente seinerseits als Vorlage für das auf den Namen Herzog Leopolds VI. gefälschte Stadtrecht von Wiener Neustadt (Edd. in Fichtenau/Zöllner, BUB II, S. 36–52 Nr. 232) und entspricht textlich weitestgehend dem nur in deutscher Fassung

vorliegenden Hainburger Stadtrecht Herzog Friedrichs II., das angesichts der Zeugenliste demselben Tag zuzuordnen ist (= Urkunde Nr. NIOE 16).

Ediert nach B. Der Ausweis der Übereinstimmungen mit der Vorurkunde erfolgt nach deren Überlieferung in München, BayStBibl, Clm 16083, fol. 2v–3v (B).

[Artikel 19:] Statuimus etiam, quod quicumque civium moriatur, si uxorem habet vel liberos, iudex se non intromittat de bonis vel de domo ipsius, sed sint in potestate uxoris et liberorum. In arbitrio quoque sit vidue non nubere vel nubere cuicunque velit, quod nemo inde habeat aliquid facere, dummodo nubat civi et non militi. Si vero sine licentia nostra militem duxerit, persona sua et res in gratia et potestate et voluntate nostra persistant. Id ipsum * statuimus * etiam * de filia vel nepte cuiuslibet civium, quod et de vidua. Si autem is, qui moritur, non habet uxorem vel liberos, in ordinatione ipsius consistant bona sua. Qui si decesserit absque testamento et ordinatione rerum suarum, bona^{a)} sint proximi heredis sui, si locatus fuerit infra terminos nostros. Si vero sit heres * extraneus, nichil cedat ei, nisi se stabiliter transferat in civitates nostras vel super alia bona nostra in Stiria^{b)}, set omnia * nobis cedant.

[Datierung:] Datum apud Starchenberch, anno ab incarnatione domini M° CC° XLIII^{to}, kal. iulii, secunde indicionis.

^{a)} bana statt bona B. – ^{b)} Stiria statt Austria im Wiener Stadtrecht von 1221 B.

NIOE 16

[1244 Juli 1, Starhemberg]

Herzog Friedrich [II.] von Österreich und Steier, Herr von Krain, erteilt den Bürgern von Hainburg ein Stadtrecht. Artikel [19] enthält erbrechtliche Bestimmungen und verbietet beim Fehlen einer letztwilligen Verfügung des verstorbenen Bürgers den Übergang des Nachlasses an einen Auswärtigen, sofern sich dieser nicht in einer herzoglichen Stadt oder auf anderen herzoglichen Gütern in der Steiermark niederlässt.

Hss.: Dt. Übersetzung Mitte 14. Jh. in Wien, ÖNB, Cod. Ser. n. 2584, fol. 117v–126r (B).

Edd.: Senkenberg, *Visiones diversae de collectionibus legum Germanicarum* (1765), S. 268–281 Nr. 2. — Meiller, *Stadtrechte* (AKÖGQ 10, 1853), S. 138–145 (aus B). — Maurer, *Hainburg* (1894), S. 331–341 (aus B). — Fichtenau/Zöllner, *BUB II* (1955), S. 287–293 Nr. 431 (aus B).

Reg.: Meiller, *Reg. Babenberger* (1850), S. 179 Nr. 137 mit S. 270 Anm. 487. — Bischoff, *Österreichische Stadtrechte* (1857), S. 36–38. — Wendlinsky, *Grafen von Plauen-Hardeg* (BLVlknÖ NF 13, 1879), S. 423 Nr. 431. — Lohrmann/Opll, *Regesten* (1981), S. 159 Nr. 657.

Lit.: Hormayr, *Oesterreichischer Plutarch* 20 (1814), S. 208 Anm. *. — Kurz, *Oesterreichs Handel* (1822), S. 67, 80 Anm. **, 245, 256 Anm. **, 263 Anm. **, 281. — Tomaschek, *Wien* 1 (1877), Einl. V–VII. — Ficker, *Friedrich II.* (1884), S. 121, 149. — Luschin von Ebengreuth, *Handelspolitik* (1893), S. 11. — Gumpelwicz, *Österreichische Reichsgeschichte* (1896), S. 59. — Lahusen, *Verfassung* (1908), S. 71–73. — Kluckhohn, *Ministerialität* (1910), S. 135–136 Anm. 4. — Fischer, *Wiener Stadtrechtsfamilie* (JbVGW 7, 1948), S. 56. — Hirsch, *Hohe Gerichtsbarkeit* (1958), S. 47. — Gutkas, *Mittelalterliche Stadtrechte* (1959), S. 61. — Hageneder, *Geistliche Gerichtsbarkeit* (1967), S. 257. — Weltin, *Laaer Briefsammlung* (1975),

S. 80–83. — Dienst, Kanzlei (1984), S. 274 Anm. 6. — Murauer, Streitbeilegung (MIÖG Erg. 42, 2002), S. 61 (Anm. 129).

Wie schon von Fichtenau/Zöllner, BUB II, S. 287, festhalten, stimmt der Text mit dem von Herzog Friedrich II. an Wien verliehenen Stadtrecht von 1244 Juli 1, Starhemberg (= Urkunde Nr. NIOE 15), weitgehend überein, letzteres wurde mit Ausnahme seines § 29 in nahezu wortgetreuer Übersetzung übernommen. Das gilt auch für den die Steiermark berührenden Artikel 19. Aus der Identität des überlieferten Teiles der Zeugenliste unseres Stückes mit Nr. NIOE 15 wie auch mit dem Judenprivileg von demselben Tag (Edd. in Fichtenau/Zöllner, BUB I, S. 283–287 Nr. 430) ergibt sich auch der zeitliche Ansatz für das Hainburger Stadtrecht, ebenso der Handlungs- bzw. Ausstellungsort.

Der Fälschungsverdacht wurde erstmals von Heinrich Maria Schuster 1897 aufgebracht, siehe Fichtenau/Zöllner, BUB II, S. 287, und Weltin, Laaer Briefsammlung, S. 80. In Folge blieb Luschin von Ebengreuth, Österr. Reichsgeschichte (1914), S. 156 unentschlossen, und auch Fischer, Wiener Stadtrechtsfamilie (JbVGW 7), S. 56, hat die Möglichkeit einer Fälschung nicht ausgeschlossen, während Fichtenau/Zöllner, BUB II, S. 287, „kaum entscheidende Argumente“ für den Fälschungsverdacht sahen und auch Gutkas, Mittelalterliche Stadtrechte, S. 61, das Stück für unverdächtig hielt. Weltin, Laaer Briefsammlung, S. 81, führt an, dass die Hainburger „irgendwann im 14. Jahrhundert das [...] Wiener Fridericanum übersetzen lassen“ haben, „um so grobe Richtlinien bei auftretenden Konflikten zu besitzen“.

Edition folgt BUB. Der Ausweis der inhaltlichen Übereinstimmungen mit der Vorurkunde erfolgt nach der Edition von Urkunde Nr. NIOE 15.

[Artikel 19:] Wir haben auch gesetzt, swelich purger stirbt, ob er ein hausvrowen hat oder chinde, daz sich der richter seins guts oder seins hauses niht underwinde, si schullen aber sein in dem gewalt der hausvrowen und der chinde. Ez schol auch sein in der witiben wal ze hairaten oder niht, wem si welle, daz niemand damit hat ze schaffen noch ze tuen, so daz si zu einem purger heirat, und nicht zu einem ritter. Ob si aber an unser urlaub einen ritter nimt, ir leib und ir guet sten in unser gnad und gewalt und willen und daz recht setzen wir auch von der tochter und von der niftel eins igleichen purger, als wir haben gesetzt von der witiben. Ob aver, der da stirbt, nicht hausvrowen noch chinder hat, so stet sein guet an seinem geschaeft. Ob er aver ververt an geschaeft seins guetes, so sei sein guet seins naehsten erben, ob er in unserm gepiet gesezzen ist. Ist aver der erib ein auzwendiger, so daz er in unserm gepiet niht gesezzen ist, so gevall in des guets niches niht an, er nem sich denn mit staeten wesen in unser stet, oder auf ander unser guet in Steyrn. Tuet er des nicht, so gewall uns daz guet alles an.